Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo intelligendum sit illud: quodcunque solueris super terram, &c. G. H

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

Alius modus ligandi & ſoluendi.

Ligant quoq; ſacerdotes, dum ſatisfactionẽ pœnitentiæ confitentib. imponunt: Soluunt, cum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad ſacramẽtorum cõmunionem admittunt, quemadmodum ſupius Leo Papa notauit. Secũdum hunc modum dicũtur etiã ſacerdotes dimittere peccata vel retinere. Vnde ſuperi⁹ Aug. dixit. Quibus remittunt, & remittit Deus, &c. Opus n. iuſtitiæ exercẽt in peccatores, cum eos iuſta pœna ligãt: opus miſericordiæ, dum de ea aliquid relaxãt, vel ſacramẽtorum cõmunioni cõciliant, alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notãdum eſt, quia quos ſatisfactione pœnitẽtiæ ligant, eo ipſo à peccatis ſolutos oſtẽdunt: qa nõ imponitur alicui ſatisfactio pœnitẽtialis, niſi quẽ ſacerdos vere pœnitentẽ arbitratur. Alij vero non imponunt: & eo ipſo peccatum retineri à Deo iudicãt. Quod a. hoc ad claues ptineat, Aug. oſtẽdit dicens Fruſtrat claues eccleſiæ, q ſine arbitrio ſacerdotis pœnitentiã agit, ſi ſine oris cõfeſſione criminis indulgentiam imprecatur. Eſt & alius modus ligandi & ſoluendi, qui per excõmunicationẽ geritur: dum aliquis ſecundum canonicam diſciplinã tertio vocatus ad emendationẽ manifeſti delicti, & ſatisfacere vilipendens ſentẽtia eccleſiæ à loco orationis, & ſacramentorũ cõmunione, & fidelium cõſortio preſcinditur: vt erubeſcat, & pudore ſceleris conuerſus pœniteat, vt ſic ſpiritus eius ſaluus ſit. Quod ſi pœnitentiã profitens reſpuerit, negatæ cõmunioni admittitur, & eccleſiæ reconciliatur. Hæc eſt a. eccleſiæ anathematizatio: hanc pœnam illis qui digne percelluntur, infligit: quia gratia Dei & protectio illis amplius ſubtrahitur, ac ſibiipſis relinquuntur, vt ſit eis liberum ruere in interitũ peccati, in quos etiã maior diabolo ſæuiẽdi datur poteſtas. Orationes quoq; eccleſiæ & benedictionũ, ac meri-

De pœn. diſt. 17. lib. de vera & falſa pœn. c. 10. int. 4.

Hom. 40. to. 10. lib. de pœnitent.

1. Cor. 5. b

meritorũ ſuffragia, eis nequaq̃ ſuffragari putãtur.

Quomodo ſecundum hos modos intelligendum ſit illud, Quodcunque ſoluer. &c. H

Secundum hos ligandi, & ſoluendi modos quõ verum eſt, ꝙ dicitur. Quodcunq; ſolueris ſup terram, erit ſolutum & in cœlis: & quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis, &c. Aliquãdo n. oſtendunt ſolutos vel ligatos, qui ita nõ ſunt apud Deum: & pœna ſatisfactionis vel excõmunicationis interdum indignos ligant vel ſoluunt, & indignos ſacramẽtis admittunt, & dignos amitti arcent. Sed intelligendum eſt hoc in illis, quorum merita ſolui vel ligari poſtulant. Tunc n. ſententia ſacerdotis iudicio Dei, & totius cœleſtis curiæ approbatur & cõfirmatur, cum ita ex diſcretione ꝓcedit, vt eorũ merita nõ contradicant. Quoſcunq; ergo ſoluunt vel ligãt, adhibentes clauẽ diſcretionis reorũ meritis, ſoluuntur vel ligantur in cœlis, i. apud Deum, qa diuino iudicio ſacerdotis ſententia ſic ꝓgreſſa approbatur & cõfirmatur. Quos ergo ſecundum merita ſentẽtia eccleſię ꝓcellit, lędit: & illi foris ſunt apud Deum. Qui a. nõ meruit ſentẽtia eccleſię, nõ lęditur, niſi contẽnat. Vnde Orig. Exijt qs à veritate, à fide, à charitate? ꝑ hoc exit de caſtris eccleſiæ, etiã ſi epiſc. voce nõ abijciatur: ſicut cõtra aliqs nõ recto iudicio foras mittitur: ſed ſi nõ egit, vt mereretur exire, nihil læditur. Interdum n. qui foras mittitur, intꝰ eſt, & qui foras eſt, intus videtur retineri. Ecce qualis & quãtus eſt vſus Apoſtol. clauium. Iã oſtenſum eſt ex parte, qualiter ſacerdotes dimittunt peccata vel teneant: & tamẽ retinuit ſibi Deus quandã ſingularẽ poteſtatẽ dimittẽdi vel retinendi: qa ipſe ſolꝰ per ſe debitũ æternæ mortis ſoluit, & animã interius purgat.

Matth. 16. c

Hom. 14. ad cap. 24. Leuitic.

Quæ interiores tenebræ & interior macula. I

Hic qritur. Quæ ſit illa macula, & quæ ſint illæ tenebræ interiores, à quib. Deus interius animam pur-